

immutabilis. Omne autē qđ pueritē in aliud mutat. Cū ergo verbū dei sit deus: impossibile est qđ fuerit in carnē cōuersum. Secūdo fuit impossibile rōne simplicitatis: deus est summe simplex. Si ergo verbū dei est i carnē cōuersum. oportet qđ totū verbū sit cōuersum. qđ autē i aliud pueritē desinit esse quod erat. sicut aqua in vinū cōuersa nō est amplius aq. sequeret ergo s̄m Apollinarē qđ post incarnationē verbū dei nō erit: quod est impium et iniquissimū dicere. Tercio est impossibile qđ verbū dei puerat in carnē rōe in cōicabilitatis. Eoz̄ enī qđ nō cōicant i materia et in genere vno impossibile est fieri pueritionē. Nā ex linea non fit albedo: qđ sunt diuersorum generum. neq; corpus elementare p̄t pueri in aliqđ corp̄ celestē in aliquā corporea subaz̄ et ecōtra. qđ nō pueniūt i materia. verbū autē dei cū sit deus nō cōicat in materia nec in genere cū quocūq; alio eo qđ deus neq; in genere est neq; materiā habet. ergo impossibile est verbū in carnē fuisse cōuersum. dicit̄ igit̄ caro factū. p̄ter illā indissolubile vniōnē qua sibi copulauit humanā naturā ita mirabiliter qđ vn̄ et idē erat dei et virginis filius nature diuine et humane p̄prietate salua. De hoc sic elegāter loquit̄ leo papa in sermone. Verbū dei: deus qđ erat in principio apud deū p̄ qđ facta sunt oia et sine quo factū est nihil. p̄ter liberandū a morte eterna hoīem factus est homo. Ita se ad susceptionē nostre humilitatis sine diminutione sue maiestatis inclinans vt manens qđ erat. assumens quod nō erat verā formā serui forme in qua deo patri eq̄lis ē vniret. Et tanto federe vtrāq; naturā consecraret vt inferiorē assumeret glorificatio nec superiorē minueret assumptio. Salua igit̄ vtriusq; p̄prietate substantie et in vnā coeunte persona suscipitur a maiestate humilitas. a virtute infirmitas. ab eternitate mortalitas. et ad deponendum cōditionis nostre debitū natura inuiolabilis nature ē infusa passibili. At et increduli instant p̄scrutari tante vniōnis modum. et hoc aliq̄ exemplo suaderi sibi flagitant. Quib; ergo respōdeo qđ in vanū laborant qđ audire debēt suauissima verba leonis pape iam noiati in sermone de natiuitate dicentis. Excedit quide; dilectissimi multūq; supereminet omnē eloquiū facultatē diuini operis magnitudo. Et inde ozitur difficultas fandi vnde adest ratio nō tacendi. Quia in dño nostro iesu xp̄o filio dei nō solū ad diuinam sed humanā spectat naturā qđ dicit̄ est per p̄phetas. Generationē eius quis enar-

rabat. vtrāq; enim substantiā in vnū conuenisse personā nisi fides credit sermo nō exp̄licat. Et ideo nunq; materia deficit laudis: qđ nunq; sufficit copia laudatoris. Gaudeam; igitur qđ ad eloquendū tante materie sacramentū impares sum;. Et cū salus; nostre altitudine attingere nō valem;. sentiamus nobis bonū esse qđ vincimur. Nemo ad cognitionē veritatis magis appropinquat qđ intelligit in rebus diuinis etiā si multū. p̄ficiat semp sibi superesse qđ q̄rat. Nec ille. Quare fideliter cōfitemur ita incarnatū verbū dei. vt ille qui erat dei filius ab eterno sc̄m diuinam naturā: de virgine s̄m humanā nasceretur ex tempore. Et qui erat deus impassibilis immortalis et gloriosus s̄m diuinitatē passibilis esset mortalis et humilis s̄m humanitatē. Tercia opinio falsa circa verbū eternale dicit̄ filiatōis. Nā quidā heretici vt Paulus samosetan; Ebrius et Ebion dixerunt qđ licet verbū caro factū sit tñ xp̄s nō est dei filius p̄ naturā sed p̄ gratiā siue p̄ adoptionem cōtra quos dixi plene in sermone. Tu es xp̄s filius dei viuit in quadragesimali sup. vi. fer. iij. ebdomade in quadragesima. ostendit̄ qđ xp̄s est nat; ex deo patre et ex virgine matre s̄m veritatē nature.

De trib; falsis opinionibus adinuentis circa aiām xp̄i.

Capitulum secundū

Secundus error a nobis vitand; de xp̄o incarnato est circa aiā; rōnalem de qua triplex opinio falsa reperit̄.

Prima dicitur negationis.

Secunda ignoracionis.

Tercia cōtagionis.

Prima opinio falsa circa aiām xp̄i dicitur negationis. Pleriq; nanq; heretici negauerunt expresse xp̄m habuisse aiām rōnalem dicētes qđ loco aīe fuit diuinitas eius. Sumptērunt autē occasione; erroris qđ nescierūt intelligere illud dictū Joh̄is. i. Verbū caro factū est. Et quo arguebāt qđ denoiatio fieri deb; a digniori. Cū ergo aiā; dignior sit corpore si in xp̄o fuisset aiā; iohānes dixisset. Verbū aiā; nō verbū caro factū est. Sed cōtra istos dicit̄ sanct; tho. in. iij. cōtra gentiles. qđ deus forma corpis esse nō p̄t. p̄ter summā simplicitatē suā et perfectionē. qđ vt dictū est in sermōe de deo nō venit in cōpositionē ali cuius create nature neq; vt principiū forme. Insuper subtracto eo qđ est de rōne hoīs verus homo esse nō potest. Anima autē principaliter est de rōe hoīs: quia est eius forma. ergo si xp̄s anīmā nō habuit ver; homo nō fuit: cōtra id qđ ap̄ta dicit. i. ad Thimo. ij. c.

b iij